

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De oratore**

**Cicero, Marcus Tullius**

**[Nürnberg], 26. März 1497**

Marci Tullii Ciceronis de claris oratoribus

[urn:nbn:de:bsz:31-324199](#)

## LIBER

rem legem laudando audaciamq; confutet eius. qui quum palam contrafecerit. idq; fateatur. vt sit tamen factumq; defendat. Deinde infirmet defensionem quū aduersarius aliud voluisse aliud sensisse scriptorem. alius scripsisse dicat. non esse deferendum a quoquam potius latoris sensum quā a lege explicari cur ita scriperit. si ita non senserit. Cur quū ea q; plane scripta sunt negle xerit. an nusq; scripta sint proferat. Cur prudentissimos in scribendo viros summe stulticiae putet esse damnados. Quid impedierit scriptorem. quo minus exciperet illud quod aduersarius tanq; si exceptum esset. ita dicit se secutum. Utetur exemplis his quibus idem scriptor aut si id nō poterit. quibus alii quod excepit aut iniqua lex aut multis futura dicetur. aut alia cā obtempandi. aut abrogandi dissentire aduersari vocem atq; legis. Deinde amplificanda causa. de conseruandis legibus. de pículo publicari rerum priuatarumq;: tum aliis locis. tum in porando maxime grauit̄ erit vobementerq; dicendū. Ille autem qui se sententia legis & voluntate defendet in consilio. atq; in mente scriptoris nō in verbis ac litteris vim legis positam esse defendet. quodq; nibil excepit in lege laudabit. ne diuerticula peccatis darētur. atq; vt ex pacto cuiusq; legis iudex mentem interpretaretur. Deinde erit vtendum exemplis. in quibus omnis æquitas perturbetur si verbis legum. ac nō sententis pareat. Deinde genus eiusmodi calliditatis & caluniae retrabatur in odium iudicis quū quadam inuidiosa querela. & si incident imprudentiae delictum causa quare non ad fletum. sed ad casum necessitatem p̄tineat. Qd genus pauloante attigimus erit eisdem æquitatis sententias cōtra acerbitatē verbōq; deprecandū. Si scripta inter se dissidentent tanta series artis est. & sicut inter se sunt pleraq; connexa. & apta. vt q; pauloante præcepta dedimus ambigui. quæq; proxima sententia. & scripti. eadem ad hoc genus cā terciū referant. Nam quibus locis in ambiguo defendimus eam significationē quæ nos adiuuat eisdem in contrariis legibus nostra lex defendenda est. Deinde est efficiendū vt alterius scripti sententiam. alteribus verba defendamus. Itaq; modo de scripto sententiæ p̄cepimus. eadem buc omnia transferimus. Superiore epilogatio. Expositi sunt tibi omnes oratione partitiones. quæ quidem e media illa nostra academia floruerūt. Neq; sine ea aut inueniri. aut intelligi. aut tractari p̄n. Nam & partiri ipm. & diffinire. & ambigui partitiones diuidere & argumentos locos nosse. & argumentationem ipam concludere & videre. quæ sumenda in argumēto sunt. q; ex his que sumpta sunt efficiuntur. & vera a falsis verisimilia ab incredibilibus diudicare & distinguere. & aut male sumpta aut male conclusa rep̄bendere. & eadem vel anguste dissenserere ē dyalectici qui appellant. vel vt oratore de certate expromere illius exercitationibus. & subtiliter disputandi & copiole dicendi artis est. De bonis vero rebus & malis. æquis & inquis & inutilibus honestis. turpibus quā potest habere orator sine illis maximæ artibus facultatem. aut copiam. Quare hec tibi sunt mi Cicerō que exposui. quæ si indicia illog; fontiū ad quos si nobis eisdem ducibus aliisue pueneris. tum & ipsa melius. & multo maiora alia cognoscas. C. Ego vero ac magno quidem studio mi pater. multisq; extuis p̄clarissimis muneribus nullum maius expecto.

Marci Tulli Ciceronis de partione arthib⁹  
torice ad filium suū Ciceronem liber finit.

## MARCI TVLLII CICERONIS DE CLARIS ORATORIBVS.

VMe Cilicia decedens Rhodū venissem: & eo mibi de Qu. Hortensii morte esset alatum. opinione omniū maiorē animo coepi dolorem. Nam & amico amissō. quū consuetudine iocūda. tum multoꝝ officioꝝ coniunctione me priuatum videbam. & interitu talis aegritudinis dignitatem nostri collegij diminutā dolebā. qua. in cogitatione & cooptatiū me ab eo collegiū recordabat. in quo iuratus iudiciū dignitatis me fecerat. & in auguratum ab eodem. Ex quo augurū institutis in parentis eū loco colore descebat. Augebam etiā molestiam q; magna sapientiū ciuitiā bonoꝝ penuria: vir egregius coniunctissimusq; meū consilioꝝ oīm societate alienissimo reip. tempore extinctus. & auctoritatis. & prudentie sue triste nobis desiderium reliqrat. Dolebāq; q; no vt pleriq; putabāt aduersariū. aut obtrectatorē laudū meā. sed sociū potius. & sortē glorioſi laboris amiserā. Etem si in leuiorū artiū studio memorie p̄ditū ē. poetas nobilio poeta rū equaliū morte doluisse. quo fādem aio eius interitū ferre debui. cū quo certare erat glorioſius q; omnino aduersarium non habere. quū presertim non modo nūc sit. aut illius aīme curfus impedit. aut ab illo meus. sed contra semper alter ab altero adiutus. & cōmunicādo. & monendo. & fauendo: Sed quoniā perpetua quadam felicitate vsus ille cessit e vita suo magis. q; suorū ciuitiū tpe. & tū occidenteꝝ viuere nostro incomodo detimentoꝝ. si est ita necesse doleamus. illius vero mortis oportunitatem beniuolētia potius. quā misericordia prosequamur. quotiescūq; de clarissimo & beatissimo viro cogit. mus. illum potius. quā nosmetipos diligere videamur. Nā si id dolemus. qd eo non iam frui nobis nō licet. Inīm ē id malū. qd modice seramus. ne id nō ad amiciciā sed ad domesticā utilitatem referre videamur. Sin tanquā illi ipi acerbitatē aliquid acciderit angimur nō summā eius felicitatē nō satis grato aio interpretat. Et. n. si viuere. Qu. Hortensius cetera fortasse desideraret vna cū reliq; bonis & fortibus ciuib⁹. Hūc aut & p̄ter ceteros aut cum paucis sustineret dolorē quū forū. p. r. qd fuisset q; si theatrū illius ingenii voce erudita. & romanis grecisq; auribus digna spoliatū atq; orbatū

## LIBER

videret. Evidem angor animo non consilii non ingenii: non auctoritatis annis egere remp. q̄ diceram tractare quibusq; me assuesceram quæq; erant propria: quū præstantis in remp. viri tum bñ morata. & bene constituta ciuitatis. Quod si fuit in repu. tēpus, vllum quū extorquere arma posset e manibus iratorum ciuium: boni ciuius auctoritas & oratio. tum profecto fuit: quū patrocinii pacis exclusum est. aut tōrre bominum aut timore. ita nosmetip̄ accidit. vt quamquā essent multo magis alia lugenda. tamen hoc doloreremus. q̄ quo tempe x̄tas nostra perfuncta rebus amplissimis tanq; in portum confugere deberet. nō inertia. neq; desidia. sed oc̄iū moderati. atq; honesti. quūq; ipsa ora tio iam nostra canesceret: haberetq; suam quādam maturitatem: & quasi senectutem: tum arma sunt ea sumpta quibus illi ipsi qui didicerant eis vti gloriose. quemadmodum salutariter vterentur: non reperiebāt. Itaq; ei mibi videntur fortunato beateq; vixisse: quū in ceteris ciuitatibus: tum maxime in nostra quū auctoritate rerumq; gestarum gloria. tum etiam sapientia laude perfrui licuit. Quorum memoria. & recordatio in maximis nostris grauissimisq; curis iocunda sane fuit. quū in eam nuper ex sermōe quodam incidiſſemus. Nam qui inambularem in ysto & esse oſiosus domi. M. ad me Brutus vt consuerat cum Tito Pomponio venerat homines quū inter se coniuncti: tum mibi ita chari: itaq; iocundi vt eoꝝ aspectu: ominis quæ me angebat de rep. cura cōſiderit: quos postquam salutauit: qd vos inquā brute. & attice nūc quid tandem noui. Nibil sane inquit brutus quod quidē aut tu audire velis: aut ego pro certo dicere audeam. Tum atticus eo inquit ad te animo venimus vt de rep. esſet silentiū. & aliquid audiremus potius ex te. q̄ te afficeremus vlla molestia. Vos vero inq; attice & præsentem me cura leuatis. & absenti magna solatia dedistis. nam vestris primum litteris re creatus me ad pristina studia reuocauit. Tum ille legi inquit plibenter epistolam quam ad te Brutus misit ex asia. qua mibi visus est & monere te prudenter. & consolari: amicissime. Reete inq; est visus. nam me istis scito litteris. ex diurna perturbatione totius valitudinis tanq; ad aspiciendam lucē esse tenuocatū. Atq; vt post cānē em illam calamitatem primū marcelli ad nolam prælio populus: se romanus erexit. posteaq; pspere res deinceps multa consecute sunt sic post rēstrū nostrā & communū gravissimos casus. nibil ante epistolam bruti mibi accidit quod vellem. aut qd aliqua ex p̄e sollicitudines alleuiaret meas. Tum brutus volui id quidem efficere certe. & cadio magnū fructum: si quidem quod volui tanta in re consecutus sum. Sed scire cupio quæ te: certe. & capio magnū fructum si quidem qd nolui tanta in re consecutus sum. Sed scire cupio q̄ te attī litteræ delectauerint. Iste vero in quā brute non modo delectationem mibi. sed etiam vt sp̄ero salutem attulerūt. Salutē inq; ille qdnā tandem genus istuc tam p̄claḡ lēaḡ fuit. An mibi potuit inq; esse aut gratior vlla salutato. aut ad hoc tempus aptior q̄ illius libri quo me hic affatus quasi iacentem excitauit. Tum ille. nempe ē dices in quic quo iste omnē rerum memoriam breuiter. & vt mibi quidem visum per diligenter. complexus est. Iustum ipm quidem inq; brute dico librum mibi saluti fuisse. Tum atticus optatissimum quidem mibi est quod dicas. sed quid tandem habuit liber iste. quod tibi aut nouū. aut tāto vſui posset esse. ille vero & noua inquā mibi quidem multa. & tam vtilitatē quam requirebam. vt explicatis ordinibus temporum vno in cōspectu omnia viderem. quæ quū studio se tractare copiſſem. ipsa mibi tractatio litteray salutaris fuit. Admonuitq; Pomponii. vt a te ipo ſumerē aliqd ad me reficiendum te q̄ remunerandū: si non pariat grato tamē munere. q̄q illud Hesiodum laudatur a doctis quod eadem mensura reddere iuber: q̄ acceperis. aut & cumulatione ſi possis. Ego autem voluntatē tibi profecto emetiar. sed rem ipm nondum posse videor. idq; vt ignoscas a te peto. Nec enim ex nouis vt agricole ſolēt fructibus ē vnde tibi reddam: quod accepi ſic omnis foetus reppressus exuſtusq; floſ ſati veteris vbertatis exaruit. Nec ex conditis qui iacent in tenebris. & ad quos om̄is nobis aditus q̄ penē ſolis patuit obſtructus ē. Seremus igitur aliquid tanq; in inculto & derelicto ſolo. qd ta diligenter colemus vt impēdiſſ etiā augere poſſimus largitatem tui muneris mo idē noſter animus efficerit. q̄ ager q̄q multos annos queit vberiores efferre fruges ſolet. Tum ille. Ego vero & ex peccabo ea q̄ polliceris. nec exigā niſi tuo conodo & erit mibi p̄grata ſi ſolueris. Mibi quoq; inquit Brutus: & expectāda ſunt ea q̄ attico polliceris. & ſi forteſſe ego a te huius voluntarius p̄curator. p̄ tam. qd ip̄e cui debes in cōmodo exactus negat. Atuero inquā tibi ego brute no ſoluā. niſi priꝫ a te cauero. amplius eo noie nemine cuius p̄petitio ſic p̄petituru. Non me berculeſ inquit tibi reppromittere iſtuc qdem auſus ſim nā bñc qui negat video flagitatorem: non illū quidem tibi moleſtū ſed affidū tñ & acrem fore. Tū pomponius. ego vero inquit brutum nibiſ mentiri puto. Videor. n. iā te aufueſſe appellare qm̄ lōgo interuallo mo primū aduerti paulo te bilariorem. Itaq; qm̄ bic qd mibi debereſ ſe exaſtūrū p̄fessus eſt. qd huic debes ego a te peto. Quidā id inquā vt ſcribas inq; aliquid iāpridē em cōticuerunt tuꝫ līc. Nā vt illos de rep. libros edidisti. nibil a te ſane poſtea accepimus eiſq; nosmetip̄ ad rerum naturalium memoria comprehendendā impulſi. atq; incenſi ſumus. ſed illa quū poteris. atq; vt poſſis rogo. Nūc vero inquit. ſi les aio vacuo expone nobis qd qrim? Quidā nā eſt id inq; nā. qd mibi nup in tūſculano inchoauifſi de oratoribus qn̄ eſſe cōpiffent qui etiā & quales fuiffent quē ego ſermonē quū ad brutū tuū vel nrm̄ potuiſ detulifſ em. magnope hic audire ſe velle dixit. Itaq; bunc eligimſ diem quū te ſcaremus elle vacuum. Quere ſi tibi eſt conodo ede il la q̄ coperas & bruto & mibi. Ego vero inquā ſi potuero. faciam vobis ſatis. Poteris inquit relaxa modo paululū aīm. aut ſane ſi potes libera. Nēpe igiē binc tum pomponi ducctus ē ſermo. q̄ erat a me mentio facta cauſam. Deiotari fideliffimi. atq; optimi regis ornatiffime & copiosifſime a Bruto

me audisse defensam. Scio inquit ab isto initio tractū esse sermonē. teq̄ bruti dolentem vīcem quasi defluisse iudicioꝝ vestitatem. & tori. Feci inquā istuc qdem & s̄epe facio. Nā mibi brute in te intuenti crebro in mentē venit. vereri & quodnā curriculū aliquādō sit habitura tua & natura admirabilis. & exquisita doctrina. & singularis industria. Quū em̄ in maximis causis versatus c̄es. & quū tibi x̄tas noſtra iam cederet. fascisq̄ summitteret subito in ciuitate quū alia ceciderunt tum etiā ea ipsa de qua disputare ordinur eloquentia obmutuit. Tum ille ceteras reḡ causa inquit istuc & doleo. & dolēdum puto. Dicendi aut̄ me non tam fructus & gloriā q̄ studium ipm. exercitatioꝝ delectat. q̄ mibi nulla res eripit. & pr̄s̄ertim tim̄ studiosum. Et dicere em̄ bene nemo potest. nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiae vere dat operam. dat prudentiae: qua ne maximis qdem i bellis æquo animo carere quisquam potest. Pr̄clare inquā brute dicis eoḡ magis ista dicendi laude delector: q̄ cetera quæ sunt quondam habita in ciuitate pulcherrima. nemo ē tam humilis qui se non aut posse adipisci. aut adeptum putet. Eloq̄ntem nemine video factum esse vitoria. Sed quo facilius sermo explicitur sedentes si videt agamus. Quū idem placuisse illis. tū in pratulo ppe platonis statuam coſedimus.

## Tractatus incipit.

Ic ego laudari igitur eloquentiam. & quata vis sit eius exponere quātāq̄ iis. qui sunt cā conſecuti dignitatē afferat: neq̄ propositum nobis est hoc loco. neq̄ necessariū. Hoc vero sine villa dubitatione confirma uerim. siue villa arte paratur aliqua siue exercitatioꝝ quādam siue natura: rem̄ vnam esse omniū difficultinā. quibus. n. ex qnq̄ rebus conſtarē dicit. easq̄ vna quāq̄ est ars ipa magna p̄ ſeſc. Quare quinq̄ artū concursus maximaꝝ quantā vīm. quātāq̄ diffi cultatē habeant exſtimari potest. Testis ē gracia. q̄ quū eloquentia studio fit incensa iam diuq̄ excel latīn ea. p̄fetctis ceteris. tamen omnis artes vetustiores habet. & multo ante non inuentas ſolum ſed etiam perfectis. quā h̄c est a grācis elaborata dicendi vis. atq̄ copia. in quā quū intueror maxie mibi occurrit attice. & quā lucent atbenā tuꝝ qua in vrbe primū ſe orator extulit. primumq̄ etiam monumentis. & litteris oratio est copta mandari. tamen ante periculum. cuius ſcripta quādam feruntur. & Tucididem qui non naſcentibus atbenis. ſed iam adultis fuerunt. littera nulla eſt quāq̄ qdem ornatū aliquem habeat. & oratoris eſſe videatur. Quāq̄ opinio eſt & eum qui multis annis ante bos fuerit p̄iſtratum. & paulo ſeniorē etiam ſolonem. poſteaq̄ Clitbenem multum ut temporibus illis valuiſſe dicendo poſthanc x̄tatem aliquot annis ut ex atticis monumentis potest perſpicci. Tbemistocles fuit quem conſtat tum prudētia. tum etiam eloquentia p̄ſtitiss e poſt Perides. qui quū floraret omni genere virtutis attamen fuit laude clarissimus. Cleonem etiam tēporibus illis turbulentū illum quidem ciuem ſed tamen eloquentem fuſſe conſtat. huic x̄tati ſuppare alcibiade. Cris tias eberamenes. quibus tempib⁹ quod dicendi genus viguerit ex Tucididis ſcriptis. qui ip̄e tum fuit intelliſſi maxime potest. grandes erant verbis. crebris ſententiis: compressione rerum breues. & ob eam ip̄am cauſam interdum ſubobſcuri. Sed ut intellectum eſt quantamvīm haberet accurata. & facta quodammodo oratio tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito extiterūt. tum leontinius/Gor gias. thrasianacbus. cbalcedonius. protagoras. Abderites. prodicus. Cb̄ius. hyppias. Heleus in bo nore magno fuerūt. aliq̄ multi tempib⁹ eisdem docere ſe p̄ſtebantur. arrogabitibus ſanē verbis. quādmodum cauſa inferior: ita em̄ loquebantur dicendo fieri ſuperior posſet. lis oppoſuit ſeſe ſo crates. qui ſubtilitate quādam diſputandi refellere eorum iſtituta ſolebat verbis. Huius exuberri mis ſermonib⁹ extiterunt doctissimi viri. primumq̄ tum philoſophia non illa de natura quā fue rat antiquior. ſed h̄c in qua de bonis rebus & malis deq̄ hominum vita. & morib⁹ diſputatur in tē uenta dicitur quod quoniam genus ab hoc quod propoſiuim̄ abborret philoſophos aliud in tē pus reiiciamus. ad oratores a quibus digreſſi ſumus reuertamur. Excititq̄gitur iā ſenibus illis. quos pauloante diximus Iſocrates. cuius domus cuncte grācīz quāſi ludus quidam patuit. atq̄ officina dicendi. Magnus orator & perfectus magiſter. q̄b̄ forenſi luce caruerit intraq̄ parietes aluit illā glo riam. quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſecutus. Is & ip̄e ſcripſit multa pr̄clare. & do cuīt alios. & quū cetera melius q̄ superiores. tum primus intellexit etiā in ſoluta oīoe dum verſum effugeres modum tamen & numerum quendam oportere ſeruari. Ante būc enim verborum quāſi ſtructura & quādam ad numerum conſlusio nulla eraſt. aut ſi quādo eraſt non apparebat eam dedita opa eſſe q̄ſitam. q̄ forſitan laus ſit. Verumtamen natura magis tum caſu. que nonnūq̄. aut rōne ali qua aut obſeruatione fiebat ipa. em̄ natura circuſcriptōne quādam verboꝝ comp̄bendit concluditq̄ ſiniam. Que quī aptis circuſcripta verbis ē cadit etiā pleriq̄ numeroſe. Nā & aures ip̄e quid plenū quid inane ſit iudicat. & ſpū. q̄ſi neſſitate aliqua verboꝝ comp̄bensiō terminat: In quo no mō de ſifici ſed etiā laborare turpe ē. Tum fuit lyſias ip̄e quidem in cauſis forenſib⁹ no versatus. ſed egre gie ſubtilis ſcriptor atq̄ elegans. quē iam propeaudeſas oratorem perfectum dicere. Nā plane qui dem pfectum & in quo nibil admodū deſit. Demofſbenē facile dixeris. Nibil acute inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit. nibil vt ita dicam ſubdole. nibil verſute q̄d ille non viderit. nibil ſubtiliter dici nibil preſſe nibil enucleate. quo fieri poſſit aliquid limatius. nibil contrā grande nibil incitatū. nibil ornatū. v̄l verborum grauitate v̄l ſententiarum quo quicq̄ eſſet elatiuſ. Huic hyperides pxi mus. & Aſchines fuit. & lycurgus & dinarchus & is cuius nullā extant ſcripta demades. aliq̄ ples Heceñim etas effudit banc copiam. & vt opinio mea fert. ſuccus ille. & ſanguis incorruptus viq̄ ad

## LIBER

hanc extatē oratorum fuit. in qua naturalis inesset. non prudatus nitor. Phaleretus em̄ successit eis  
 senibus adolescentis eruditissimus. Ille quidem horum omnium sed non tam armis institutus quam pa-  
 lestra. itaq; delectabat magis ateniēs quā inflammat. Processerat em̄ in solem & puluerem nō ut  
 e militari tabernaculo: sed vt Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. hic primus inflexit ora-  
 tionem. & eam mollem teneraque reddidit. & suavis sicut fuit videri maluit. quā grauis: sed suauita-  
 tē ea qua perfunderet animos: non qua pfringeret. & tñ vt memorā concinnitatis suæ no quenad-  
 modum de Pericle scripsit Eupolis. cum delectatione etiam aculeos relinquere in animis eorum:  
 a quibus esset auditus. Videine igitur vt in ea ipa urbe: in qua & nata alta sit eloquentia: quam eo  
 sero pdierit in lucem. Siquidem ante solonis extatē & pistrati de nullo vt diserto memorix pdi-  
 tum est. At bi quidem vt. P.R. extas est. senes vt ateniensium saclia numerantur adolescentes debet  
 videri. Nam & si seruio Tullio regnante viguerūt. tamē multo diutius atbene iam erant quā est Ro-  
 ma ad hodiernū dicim: nec tamē dubito quin babuerit vim magnā semp̄ oratio. Nec em̄ iam trocī  
 tempib⁹ em̄ laudis in dicendo vixi tribuisse Homerū: & Nestori. quoq; alteq; vim babere voluit  
 alterum suavitatem: nisi iam tum esset bonos eloqntias. Nec ip̄e poeta hic tam idem ornatus in dicē-  
 do. ac plane orator fuisset. cuius & si incerta sunt tempa tamē annis multis fuit ante Romulū. Siqui-  
 dem non infra superiorem lycurgū fuit. a quo ē disciplina lacedaemoni⁹ & astricta legibus sed studiū  
 eius generis majorq; agnoscit in pistrato. deniq; huc proximo seculo Themistocles insecurus  
 est vt apud nos pantiquus: vt apud atbenienses nū ita sanevetus fuit em̄ regnante iam grecis nostra  
 autem ciuitate. non ita pridem dominatu regio liberata. Nam bellum volscorū illud grauissimum. cui  
 Coriolanus exul interfuit. eodem fere tempe quo pars a bellum fuit similis q; fortuna clarorū virō-  
 rum. Siquidem vterq; qui cuius regregius fuisset. populi ingratius pulsus iniuria: se ad hostes cōtulit.  
 conatumq; iracundiae suæ morte sedauit. Nam & si aliter est apud te attice de Corio. concedo tamen  
 vt huic generi mortis potius assentiar. At ille ridēs. tuo vero inquit arbitratu. quoniāqdē cocessum  
 cum rhetoribus emētiri in historiis. vt aliquid dicere possint argutius. Vt. n. tu nūc de coriolano. sic  
 Clitarchus: sic Stratocles de Themistocle finxit. Nam quē Tucidides qui & atbeniensis erat. & sum  
 mo loco natus. summusq; vir. & paulo extate posterior. tñ mortuū scripsit. & in attica clam humānū  
 addidit fuisse suspicionem veneno sibi consciuisse mortem. huc isti aiūt quum tauq; immolauisset ex  
 capite sanguinē patera & eo poto mortuū concidisse. Hinc em̄ mortem rhetorice & tragica ornare  
 potuerunt: illa mors vulgaris nullam p̄bēbat materiem ad ortum quare qm̄ ita tibi quadrant omnia  
 fuisse Themistocle paria & Corialano. pateram quoq; a me sumas licet p̄bēdo etiam hostiam. vt Co-  
 riolanus sit plane alter Themistocles. Sit sane inquā vt iubet de isto. & ego cautius postbac bistoriā  
 attingam te audiente. quem rerum romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. Sed tū fe-  
 re Pericles xantippi filius de quo ante dixi primus adhibuit doctrinā quā q; tum nulla erat dicen-  
 di. tamē ab anaxagora p̄bisco eruditus. exercitationem metis a reconditis. abstrusisq; rebus ad cau-  
 sas forenses popularēq; facile preduxerat buius suavitate maxime hilarate. atbene sunt. huius vber-  
 atem & copiam admirat. eiusdem vim dicendi terroremq; timuerūt. Hec igitur extas prima Atben-  
 is oratorem prope perfectum tulit. Nec em̄ in constituentibus. r.p. nec bellā gerentibus nec impe-  
 ditis. ac regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicēdi solet. Pacis est comes oīciq; socia. etiā  
 bene constitute ciuitatis. quasi alumna quedam eloquentia. Itaq; ait Areostiles. qui sublati in Sy-  
 ciliam tyrannis res priuate longo interuallo iudiciis repeterentur. tum primū q; est et acuta illa gens  
 & controuersia natura artem & praecepta siculos coracē & Tbisiam coscripsisse. Nam antea nem-  
 nem solitum via nec arte sed accurate tamen. & de scripto plerosq; dicere scriptasq; fuisse & paratas  
 a Protagora rerum illūsūrū disputationes. qui nūc comunes appellantur loci. Quod idem feci-  
 se Gorgia. quū siugularū rex laudes vitupationesq; conscripsisset. qd̄ iudicaret hoc oratoris esse  
 maxime propriū. rem augere posse laudando vitupandoḡ rursus affigere: Hinc antip̄bōtem Rbas-  
 nūsiū similia quedam habuisse & conscripta. quo nemine vñq; melius villam orauisse capitū causam  
 quū se ip̄e defenderet. se audiētē locuplex auctor scripsit Tucidides. Nam lysia primo p̄fiteri solitū  
 arte esse dicēdi. Deinde q; Theodorus esset in arte subtilior. in orationibus aut̄ ieiunior. orationes  
 cū scribere. aliis cōpisse arte remouisse. Similiter Isocratē primo. artem dicēdi esse negauisse. scribre  
 re aut̄ aliis soliti orones qbus in iudiciis vterēt. sed quū ex eo q; quasi comitteret contra legem. quo  
 q; iudicio circāueniref. sepe ip̄e in iudiciū vocaref orōes aliis destitisse scribere. totumq; se ad artes  
 coponēdas trāstulisse. Et grecie qdē orator̄ ptus atq; fontes vides ad nrōs annaliū rōnem veteres.  
 ad ipsorum sane recētes. Nam antequam delectata est Atbeniensium ciuitas. hac laude dicendi mul-  
 ta iam memorabilia & in domesticis & imbecillis rebus effecerat. Hoc autē studium nō erat cōgre-  
 cie sed p̄priū atbenaz̄. Quis enim aut arguum oratorem aut corintium aut Thebanum scit fuisse  
 temporibus illis. nī quid de Epaminonda docto bomine suspicari iubet. Lacedemoniū vero vi-  
 q; ad hoc tempus audiui fuisse neminem. Menelaum ipsum dulcem illum quidem tradit Homerū  
 sed pauca dicetem breuitas aut̄ laus ē in reditum in aliqua pte dicēdi. in vniuersa eloqntia laudē non  
 habet. At uero extra greciā magna dicēdi studia fuerunt maximisq; huic laudi habiti bonores illustre  
 orato & nomē reddiderunt. nā vt se p̄yrrhe eloqntia cuecta est oēs pagauit insulas atq; ita pegri-  
 nata tota asia est vt se exterius obtinere moribus. omnemq; illā salubritatem attice dictionis. & qua-

# DECLARATORIBVS

## CLVIII

si sanitatem perderet ac loqui pene desiceret. Hinc asiatici oratores non cōtemnēdi quidem nec cōleritate nec copia: sed parum pressi & nimis redundantes. Rhodii saniores, & atticorum similliores: sed de grecis hactenus. Etenim bāc ipsa forsitan fuerunt necessaria. Tum brutus, ista vero inquit q̄b necessaria fuerunt non facile dixerim. iucunda certe mībi fuerunt, neq; solum non longa sed etiā breuiora q̄b vellem. Optime in q̄b, sed veniam ad nostros, de quibus difficile ē plus intelligere q̄b quātum ex monumentis suspicā licet. Quis em̄ putet aut celeritatem ingenii. L. Bruto illi nobilitati veste principi defūisse: qui de matre Suauida ex oraculo appollinis tam acute argutęs coniecerit q̄ expulerit: ciuitatemq; perpetuo dominatu liberatam magistratibus annuis legibus iudicisq; deuin, xerit qui collegę suo imperium abrogaverit: vt ciuitate regalis nominis memoriam tolleret: qđ certe effici non potuisset nisi esset oratione persuasum. Videri item paucis ante annis post reges exactos appellatus est occupauisse et. M. Valerium dictatorem dicendo sedauisse discordias, eisq; ob eam rem bonores amplissimos habitos: & eum primū ob eam ipsam causam maximū esse appellatum. Ne. l. Valerium quidem potitum arbitror: non aliquid potus se dicendo: qui post decemuirale inuidiam plābem in patres incitatam legibus & contionibus suis mitigauerit. Possimus appium claudiū suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum a pyrrhi pace reuocauerit. Possimus. C. Fabriciū q̄ sit ad pyrrbum de captiuis recuperandis missus orator. T. Corūcanum: q̄ ex pontificum commēta nis longe plurimū ingenio valuisse videatur. M. Curium q̄ is tri. pl. interrege appio exco diserto homine comitia contra leges babente, quū de plābe consulem non accipiebat patres ante auctores fieri coegerit. quod fuerit permagnū nondum lege moenia lata: licet etiam aliquid de. M. Popiliū ingenio suspicari qui quū cons. esset. eodemq; tempe sacrificium publicum: quū lēna faceret, quod erat flamen carmentalis plābēi, contra patres cocitatione & seditione nūciata. vt erat lēna amictus: ita venit in contionem seditionemq; quū auctoritate, tum oratione sedauit. Sed eos oratores habitos eē aut omnino tum vllum eloquentia premiū fuisse mībi sane nibil legisse videor. tñmodo conjectura ducor ad suspicādum. Dr etiā. C. flamineus is qui tri. pla. legem de agro Gallico & piceno viritim diuidendo tulerit, qui cons. apud tharsumennū sit interfectus: ad populu valuisse dicendo. Quintus etiam maximus varrucoſus orator habitus est tempibus illis: & Qu. Metellus is qui bello punico secundo cum. L. Veturio pbilone consul fuit. Quem vero extet, & de quo sit memoria proditum eloquentē fuisse & ita esse habitum primus ē. M. Cor. Cetbegus, cuius eloquētia est auctor. & ydonea mea quidem sentētia. Qu. Ennius præsertim quū & ip̄e eum audiuerit & scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio ē amicicē causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono: vt opinor annali: ad ditor orator Cornelius suauiloquenti ore cetbegus marcus studio, collegam filius & oratorem appellat & suauiloquentiam tribuit: quia nūc quidem non tam est in plārisq; latrant enim iam quidam oratores non loquuntur: sed est ea laus eloquentiae certe maxima. Is dicitus ollis popularibus olim: q̄ tum viuebant homines atq; xuum agebant. flos delibatus populi. probe vero: vt enim homines de cus ingenium: sicutiugenii ipius lumen est eloquentia: qua virum excellentem p̄clare: tum ille homies florem populi esse dixerunt: suadant medullam quam vocant grāci, cuius effector est orator. Hanc suadām appellauit Ennius. Eius autem Cetbegum medullam fuisse vult, vt quam deā in peridis libris scripsit Eupolis se scitauisse. būius bic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. At bic Cetbegus cons. cum. P. Tuditano fuit bello punico sero: quæstorq; is conf. M. Cato modo plāne annis. c.xl. ante me cons. & id ipsum nisi vnius ē et enii testimonio cognitū. bunc vetustas ut alios fortasse multos obliuione obruiſſet. illius autem x̄tatis qui sermo fuerit ex Neuianis scriptis inteligi potest. His em̄ consulibus, vt in veteribus commētariis scriptū est. Neuinus ē mortuus. q̄q; varro noster diligētissimus inuestigator antiquitatis: putat in hoc erratum: vitamq; Neuini p̄ducit lōgius. Nam Plautus. P. Claudio. l. portio viginti annis post illos: quos ante dixi, consules mortuus ē. Catone censore. Huic igit̄ Cetbegū cōsecutus ē x̄tate Cato. qui annis. ix. post eī fuit cōs. eū nos. vt pue terē habemus q. L. M. Manilio cōs. mortuus ē annis. xxiii. ip̄is aī me cōsulē. Nec vero babeo quērā: plures consulatus genera etiam falsa. & ad plebem transitiones: quū homines bumiliores: in aliū quāsi ornamenta ac monumenta scrubabant. & ad vsum si quis eiūdem generis occidisset. & ad memoriam laudū domesticarum. & ad illustrandam nobilitatem suam. quāquā bis laudationibus bī storia rerum nostrarum est facta mēdosior. Multa em̄ scripta sunt in eis q̄ facta non sunt falsi trium p̄bi: plures consulatus genera etiam falsa. & ad plebem transitiones: quū homines bumiliores: in aliū enum eiūdem nominis infundarentur genus vt si ego me a. M. Tullio esse dicerem. qui patricius cum Sulpitio cons. anno. x. post exactos reges fuit. Catonis autem orationes nō minus multe fere sunt ḡattici Lysiae: cuius arbitror plurimas esse, est em̄ atticus: quoniam certe athenis est & natus & mortuus & functus om̄i ciuiū munere. Quāquā thimeus eū quāsi licinia. & mutia lege repetit. Syra casus. & quodāmō ē nonnulla in iis etiā inter ip̄os sūlitudo. Acuti sunt elegātes faceti breues. sed ille grāces ab oī laude foecior. Habet. n. certos sui studiosos. q̄ nō tābitus corporis opimos q̄ graciliates cōfēctūt, quos valitudo mō bōa sit: tenuitas ip̄a delectat. q̄q; in lysia sunt s̄pē cē lacerti: sicut fieri nihil possit valentius. Vē ē certe genere toto strigosior. sed habet tñ suos laudatores qui bāc

ipsa eius subtilitate admodum gaudent. Catonē vero quis nostrog̃ oratog̃ qui quidē nūc sunt legit.  
 aut quis nouit oīno. Ad quē verū dii boni mitto ciuem aut senatorē aut imperatorē. Oratorem em̃  
 hoc loco querimus. Quis illo grauior in laudādo: acerbior in vituperādo in sentētiis argutior. in do  
 cendo edillerēdõ subtilior. Referte sunt orōnes amplius centū quinq̃inta. quas quidem adhuc in  
 uenerim & legerim. & verbis & rebus illustribus: licet ex his eligant. ea quae notatiōe & laude digna  
 sint. om̃is oratoria virtutes in eis reperiēnt. Iā vero origenes eius quae florem aut quod lumen clo  
 quentie non habet. Amatores buic desunt: sicuti multis iam ante seculis. & Philiste cyracusio. & ipsi  
 Thucydidi. Nā vt borum cocisis sententiis: interdum etiā non satis. aptis autem quū breuitate. tū  
 nimio acumine officit. Tbcopomphus elatione atq̃ altitudine orōnis. sux quod idē lys̃ Demosthe  
 nes: sic catbonis luminibus obstruxit. bec posteror̃: quasi exaggerata altius oīo. Sed & i nostris insci  
 tia: est. & q̃ ipsi qui in gr̃cis antiquitate delectātur. eaq̃ subtilitate quā attīca appellant. bāc in catbo  
 ne nō nouerunt quidē Hyperdīx volūt eſſ e. & lys̃ laudo: sed cur non catonis. Attico genere dicē  
 di se gaudere dicunt. sapient id quidē atq̃ ṽtinā imitarent. nec ossa solū sed etiā sanguinē. gratum  
 est tñ quod volunt. Cur ig̃ Lysias & Hyperides amāt. quū penitus ignoret catbo. Antiquior est  
 buiū sermo & q̃dām horridiora verba. Ita. n. tum loq̃bant. id muta quod tum ille nō potuit. & adde  
 numeros: & aptior sit oīo. Iā verba copone & quasi coagmēta quod ne gr̃ci qdē veteres facta  
 uerunt iā nemine antepones catoni. Ornati orōem gr̃ci putāt. si verbõ imutatōibus ṽtātur quos  
 appellat tropos. & sniarum orōnisc̃ formis: q̃ vocant schemata. Nō verisile est quā sit in vtroq̃ ge  
 nere & crebre distinctus cato. Nec vero ignoto nōdum esse satis positum bunc oratore. & q̃rendum  
 esse aliquid pfectius. quippe quā ita sit ad nīõ tpm rōnem vetus. vt nullus scriptum extet dignum  
 quidē lectiōe. qd̃ sit antiquius. Sed maiore honore in oībus artibus q̃b in vna bac arte dicēdi versā  
 antiquitas. Quis. n. eoꝝ qui bec minora aiaduertunt. non intelligit canachi signa rigidiōra eſſ q̃b vt  
 imitent̃ veritatē. Calamidis dura illa quidē sed tñ molliora quā ea canachi. nondum myronis satis ad  
 veritatem adducta. Iā tñ quae nō dubites pulchra dicere: pulchriōra. Polideti etiam plane perfecta: vt  
 mibi quidē videri solent. Siſi in pictura rō eſſ. in qua zeufum & polygnotum & Tymantem: & eos  
 qui non sunt ṽsi plusq̃ quattuor coloribus. formas & liniamēta laudamus. At in Ectione Nicoma  
 chō. p̃togene: appelleam pfecta sunt oīa. & nescio an reliq̃s in rebus om̃ib⁹ idem eueniāt. Nibil est  
 em̃ simul & inueniūt & pfectum. Nec dubitari debet quin fuerint ante Homerū poetæ. quod ex  
 eis carminib⁹ intelligi pot. que apud illum & in pbacūt. & in procoꝝ epulis canunt̃. Quid noſi  
 veteres uersus. vbi sunt quos oīlm Fauni vatesq̃ caneſunt. quā neq̃ misas̃ scopolos. nec dicti stu  
 diosus quisq̃ erat ante bunc: ait ip̃e de ſe nec mentiē in gloriādo. Sic em̃ ſe ſe habet: nā & odifīca  
 latina eſſ. ſic in tanquā opus aliquod Dēdali: & Lyuiāne fabula non ſatis digna: quae iterum legant̃  
 At. & bic Lyuius qui primus fabulā. Ca. Clodio c̃eci filio & M. Tuditano conf. docuit anno ip̃o an  
 teq̃ natus eſſ Ennius: post rbomam autē conditam quarto decimo: & qngentesimo: vt bic ait: quem  
 nos ſequemur. Eſſ em̃ inter ſcriptores de numero anni & controuerſia. Atticus autem a. Qu. Maxi  
 mo quintum cōſule capto Tarento ſcripsit Lyuium ānis. xxx. poſtq̃ eum fabulam docuiffit. & atti  
 cus ſribit & nos in antiquis commentariis inuenimus. Docuiffit autē fabulam anīns poſt. xi. C. Cor  
 nelio. Qu. Minutio conf. iudis lucatiiſ: quos. Salinator ſenēſi prelio vouterat: in quo tantus error  
 Actii fuit: vt bis conf. xxx annos natus Ennius fuerit: q̃ & qualis fuerit Lyuius: minor fuit aliquāto  
 is qui primus fabulam dedit: quā ii qui multas docuerunt ante hos conf. & Plautus & Neuuius. Hec  
 si minus apta videntur huic ſermoni Brute Attico affigna: qui me inſlāmauit ſtudio illuſtri ſomi  
 num & tpa pſequendi. Ego vero inquit Brutus & delectoſ ista quā ſi notatione tpm: & ad id  
 quod inſtituisti oratō & genera diſtinguere & t̃atibus iſtam: diligentiam eſſe accōmodatam puto. Re  
 cete inq̃ Brute inteligis: atq̃ ṽtinam extarent illa carmina quae multis ſæclis ante ſuam & t̃atam i epu  
 lis eſſe cātitata a ſingulis couiuīis de daroꝝ viroꝝ laudibus: in originib⁹ ſcriptum reliquit catbo  
 tamen illius quē in votib⁹ & faunis enumerat Ennius bello punico cum quāli Myronis opus de  
 prium illud punicum acerrimū bellum reliquissit. Sed ipſe dicit cur id faciat: Scrifſere inquit alii  
 rem uerib⁹: & luculente quidem ſcripſerunt: etiam ſi minus q̃ tu polite: Nec vero tibi aliter vide  
 ri debet: qui a Neuio vel ſumpſiſti multa ſi fateris: vel ſi negas turriuſiſti: Quum hoc catbone gran  
 diores natu fuerunt. C. Flaminius. C. Varro. Qu. Maximus. Qu. Metellus. P. Leutulus. P. Crassus  
 qui cū ſupiore Ap̃ricano. conf. fuit. Iſpum Scipionem acc̃epimus non infantem fuiffe: filius qui  
 dem eius: is qui bunc minorem Scipionem a paulo adoptauit: ſi corpore valuisse: et in primis babitus  
 eſſ et diſertus: Indicant quum oracunculetum byſtoria quādam gr̃ca ſcripta dulcissime: Numero  
 De minoribus autem. C. Sulpicius gallus: qui maxime oīm nobilium gr̃cis litteris ſtuduit: ifq̃ &  
 oratorum in numero eſſ babitus: & fuit reliquis rebus ornatus atq̃ elegans: Iam enim erat vñctior  
 quādam: ſplendidiorg̃ consuetudo loquendi: Nā boc prætore ludos appollini faciente quum Tbi  
 eſten fabulam docuiffit Qu. Marcio. Cn. Seruilio conf. mortem obiit Ennius. Erat iſdem tempori  
 bus. T. Gracchus. P. E. qui bis conf. et censor fuit: cuius eſſ oīo gr̃ca apud Rhodios: quem cuem  
 quum grauem: tum etiam eloquentem conſtat fuiffe: P: etiam Seipionem Masicam: qui eſſ corculum  
 appellatus: qui item bis conf. et censor fuit babitum eloquentem. Malum illius qui ſacra accepit

filii dicunt etiā L. Lentulū qui cum C. Figulo cons. fuit. Qu. nobiliorē. M. filiū, iā p̄e instituto deditum studio līarum: qui etiā Qu. Enniū qui cū p̄e eius in aerolia militauerat ciuitate donauit quā triū virū coloniā deduxisset: & T. Annī luscū būius Qu. Fuluii collegā nō indisertū dicitur fuisse. Atq; etiam L. Paulus Apbricani pater psonam principis cuius facile dicēdo tuebam. At vero etiā tum cātbone viuo qui ānos quinq; & lxxx. natus excellit e vita. quā quidē eoīpo āno cōtra Sergiā Galbā. ad populū summa contētione dixisse: quam etiā orōnem scriptam reliquit. sed viuo carbōne minorē natu multi vno tēpore oratores floruerūt. Nam & A. albinus is qui grāce scripsit bistoriā qui conf. cū L. Lucullo fuit. & līatus & disertus fuit. & tenuit cū hoc locum quendam. & Ser. Fulius. & vna Ser. Eabius pīctor. & iuris & līarum & antīqtatis bñ peritus. Qu. q. Fabius labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Qu. Metellus is cuius quatuor filii cōsulares fuerūt. iprīmis ē habitus eloquēs. qui pro l. cotte dixit accusante Apbricano cuius & alia sunt orōnes. & contra T. Gracchū exposita est in C. fannii ānalibus. tñ ipse l. cotte veterator habitus. sed C. lālius. & P. Apbricanus iprīmis eloqntes. quo extant orōnes. ex quibus existimari de ingenio oratoꝝ pot. Sed inter hos ātate paulū bis ancedens sine cōtrouersia Ser. Galba eloquētia prebit: & nimis is princeps: & latinis illa oratoꝝ ppriꝝ & quā legitima opa tractauit. vt egredere a p̄posito ornandi cā. vt delectaret anios aut p̄moueret. aut augeret rem vt miseratoib⁹ aut cōibus locis vteret. sed nescio quō būius quē constat eloquētia p̄fīctissime exiliōres orōnes sunt. & redolētes magis antīqtatem q̄ aut Lālii Scipiois aut etiā ipsius carbōis. Itaq; exaruerūt vix iā vt appēant de ipsius lālii Scipiois ingenio. quāq; ea ē iā vt plurimū trībuat ambob⁹. dicēdi tamē laus est in lālio illūstrior. At oīo lālii de collegis nō melior q̄ de multis q̄ voles Scipionis nō quo illa lālii quicq; sit dulcius. aut quod e religione dici possit: augustius: sed multo tamē vetustior & horridior ille q̄ Scipio. & quā sine in dicēdo variae volūtates: delectari mibi magis antīqtate videſ & lubēter verbis etiā vti paulo magis pīscis lālius. Sed ē mos hominū vt nolint cūdēm plurib⁹ verbis excellere. Nam vt ex bellica laude aspirare ad apbricanum nemo pot. in qua ipsa egregiū Viriatico bello reperimus fuisse lālii. sic ingenii līarum eloquētia: s̄ pīctiū deniq;: & si vtrīq; primas. priores tame deferūt lālio. Nec mibi cāterorū iudicio solum videſ. sed etiam ipsoꝝ inter ipsos cocessu ita tributū fuisse. Erat oīo tū mos vt in reliq; rebus melior. sic i bō ipso humanoꝝ vt faciles essent in suū cuīq; tribuendo. memoria teneo smyrna me ex. P. Rutilio Ruffo audiuissē: quiū dicere adolescētulo se accidisse vt ex S. C. P. Scippio & D. Brut⁹ vt opinor cōf. de re atroci magnaꝝ quererēt. Nā quā ūstūs ita facta cedes esset: notiq; boies interficti: insimula returnū familiā: partim etiā liberi societatis eius quā picariās de. P. Cornelio. I. Mūmo cēsoribus rede misse & decreuissē senatū vt de ea re cognoscerēt & statuerēt cons. cām pro publicanis accurate vt sem per solitus esse: eleganterq; dixisse lālii. Quiū consules re audita amplius de consiliī sentētia pronūciassent pauēis interpositis clientib⁹ itaq; lālii multo diligētius melius q̄ dixisse. itaq; eodē modo & consulib⁹ rem esse prolatam. tum lālii quiū cum socii domū reduxissent. egissentes grās & nē defatigareē orauissent locutū esse ita. se quā fecisset honoris eog; cā: studiōse: accurateq; fecisse: sed se arbitriū cām illam a Serui Galba quo is in dicēdo adhōrtor. acīorū cēt grauis & vebementi⁹ posse defendi. Itaq; auctoritate. C. lālii publicanos cām detulisse ad Galbam. Illū autem q̄ ei viro succedētū esset verecūdā & dubitanter recapissē. vñū quasi comparēdinat⁹ medium diem fuisse. quē totū Galba in consideranda cā componēdāq; posuissē: & quiū cognitionis dies esset: & ipse Rutili⁹ rogatu sōcioꝝ domū ad Galbam mane veniſſet: vt quiū admoueret & ad dicendi temp⁹ adduceret vñq; illū quo ad el nūciatum esset consules descendisse: omībus exclusis cōmentatum in quadam testudine cū seruū līatis fuisse: quoꝝ aliud dīctare eodem a tēpore solitus esset: interim quiū esset ei nūciatum tem⁹ us esse exīsse in ædes eo colore & iū oculis vt egisse cām non cōmentatum putares. Addebat etiā id. q̄ ad rem p̄tinere putabat. scriptores. illos male exīsse mulctatos cum Galba. Exquo significabat illum non in agendo solum: sed etiam in meditando vebemente atq; incensum fuisse. Quid mūlēa magna expectatione plurimis audiētibus coram ipso Lālio sic illam cām tanta vi: tantq; grauitate dixisse Galbam: vt nulla fere pars orōnis silentio p̄teriretur. Itaq; multis quārelis multaq; miseratio ne adhibita socios omībus approbātibus illa diis quāstionē liberatos esse. Ex bac rutiliana narratio ne suspicari licet quiū due summe sint in oratore laudes. Vna subtiliter disputandi ad docēdum. Altera grauitē agendi ad animos audiētū permouēdos. multoꝝ plus proficiat is qui inflāmet iūdicē q̄ ille qui doceat elegantiam in lēlio: vim in galba fuisse que quidē vt istum maxime cognita sit cū lūsitanis a Seruio galba pretore contra interpositam vt existimabāt fidē: interfictis. T. Lybone tri. ple. populum incitante: & rogationē in Galbam priuilegii similē ferēt: summa senectute: vt an dixi. M. Catbo legem suadēs in Galbam multa dixit: quam orōne in origenes suas retulit: paucis anteq; mortuū est: an diebus: an mēsibus. Tum igī recusans Galba pro fese: & p. r. fidem implorans quiū suos pueros. tum. C. Galli etiā filium flēns comendabat: cuius orbitas & fletus mīre miserabilis fuit propter recentē memorī clarissimi patris: ifq; se tum eripuit flamme ppter pueros misericordia pō puli cōmota. sicut idem scriptum reliquit Catbo. Atq; etiam ipm Lybonem nō infantē video fuisse. vt ex orōnibus eius intelligi pot. Quum bec dixisse: & paulum intergeuissē. Quid igī inquit est cause Brutus si tanta virtus in oratore Galba fuit. cur ea nulla in oratoib⁹ eius appetat: quod mīrari non possūm in eis. qui nibil oīo scripti reliquerunt. Nec em̄ est eadem in q̄ Brute caūsa non scribendi & nō tambene scribendi quam dixerint. Nam vidēmus alios oratores inertia nibil scripissē:

D

## LIBER

ne domesticus etiam labor accederet ad forensem. Plurraq; em̄ scribūtur orōnes habita; iam nō vtba-  
beāt alios non laborare vt meliores fiant. Nulla em̄ res tm̄ ad dicendū proficit quantū scriptio. Me-  
moriā aut̄ impost̄ & ingeniū sui non desiderant, quū se putant satis magnam adeptos esse dicendi  
gloriam. eamq; etiam maiorem visum iri si in existimantiū arbitriū sua scripta nō venerint. Alios qd̄  
putent melius dicere se posse q̄ scribere: qd̄ per ingeniosis hominib;. neq; satis doctis pluriq; con-  
tigit vt ipsi Galba, quem fortasse vis non ingenii lōlū: sed etiam animi. & naturalis qdam dolor di-  
tibi & bruto placere eloquentiam autem meam populo pbare velim. Etenim necesse est qui ita dicat ut a multitudine probetur. cundem doctis probari nam quid in dicendo rectum sit. aut prauū ego iudicabo. si modo is sum qui id possim. aut sciam iudicare. qualis vero sit orator. ex eo quod is dicitur efficiet poterit intelligi. Tria sunt em̄ ut quidem ego sentio quae sint efficienda dicendo. ut doceatur is apud quem dicetur. ut delectet. ut moueat vebementius. quibus virtutibus oratoris horum quicq̄ efficiatur. aut quibus virtutis orator aut non assequatur b̄c. aut etiam in his labatur. & cādat. artifex aliquid iudicabit. Efficiatur autem ab oratore necne. ut bi qui audiat ita efficiatur. ut orator velit vulgi assensu. & populari approbatione iudicari solet. Itaq; nūq; de bono oratore. aut non bono doctis hominibus cum populo dissensio fuit. An censes dum illi viguerunt (quos ante dixi) non eodem gradus oratorum vulgi iudicio & doctorum suis. De populo siquem ita rogauisles quis est in hac ciuitate eloquentissimus. in Antonio & Crasso. aut dubitaret. aut h̄c aliis. illū aliis diceret. nemo ne Philippum tam suauem oratorem. tam grauem. tam facetū bis anteferet. quē nos metipi. qui b̄c arte aliqua volumus expendere. proximū illis fuisse diximus. Nemo pfecto (id em̄ ipm est summi oratoris) summum oratorem populo videri. Quare tibice Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum mibi cane & mufis. Ego huic bruto dicenti ut solet apud multitudo. nem. mibi cane & populo mi brute dixerim. ut qui audient. quid efficiatur ego etiam cur ita efficiat intelligam. Credit bis quae dicuntur qui audit oratorem. vera putat. assentitur. probatur fidē facit oratio. Tu artifex quid queris amplius. delectatur audiens multitudo. & ducitur oratione. & quāsi voluptate quadam perfunditur. quid bādes quod disputes. gaudet. dolet. ridet. plorat. fauet. odit. contemnit. inuidet. ad misericordiam inducit. ad pudendum. ad pigendum iracit. miratur sperat. timet. h̄c pinde accidunt. ut qui eō adiūt mentes. verbis & sententiis. & actione tractantur. Quid est quod expectetur docti alicuius sententia. quod enim probat multitudo. hoc idem doctis probandum est. deniq; hoc specimē est popularis iudicii. in quo nūq; ex his excellere iudicatus ē vulgissimo. Qui multi effent oratores in vario genere dicēdi. q̄s vnq; ex his apud patres nostros cīlēt. dissensio. Qui non idem a doctis probaretur. Quando autem dubiū fuisse et apud patres nostros cīlēt. iudicio. qui non idem a doctis probaretur. Quando autem Antonium optaret. aut Crassum. aderant multi alii. tamen gendi. cui patroni daretur optio. qui aut Antonium optaret. aut Crassum nobis. cum esset Cōta & bortensis. num quis quo quidem eligendi potestas esset quāquā bis anteponebat. Tum brūtus. Quid tu inquit queris alios. de te ipso. non nequid optarent rei. quid ipse Hortēsius iudicaret vītū. debamus. qui qui partiret tecum causas. Sape em̄ interfui perorandi locum. vbi plurimū pollet oratio semper tibi relinquarebat. Faciebat ille quidem in quā & mibi beniuolētā credo dūctus tribuebat omnia. Sed ego q̄ de me populū sit opinio nescio. de reliquis hoc affirmo. q̄ vulgi opinione disertissimi habiti sint. eosdem intelligentiū quoq; iudicio fuisse probatissimos. Nec em̄ posset idem Demosthenes dicere. quod dixisse antimachum clarū poetam ferunt qui qui conuocatis auditoribus legere eis magnū illud. quod nouistis volumē suū. & cum legentem omnes preter platonem reliq; sent. legam inquit nibilominus. Plato em̄ mibi vñus instar est omnīū: me illum & recte. Poema em̄ recorū ditum paucorū approbatione oratio popularis assensum vulgi debet moueri. At si euādem bunc Platonem vñā adiutorem baberet Demosthenes. qui effet relictus a ceteris verbum facere non posset. Quid tu Brute posses. nisi te ut Curionem. quandam concio reliquisset. Egovero inquit ille. vt me tibi iudicem in eis etiam causis in quibus omnis res nobis cum iudicibus est. non cum populo. tamē si a corona relictus sim non queam dicere. Ita se inquam res babet. vt si tibiae inflatae non referant sonum abiiciendas eas sibi tibicem putet. Sic oratori populi aures tanquam tibiae sunt. ex si inflatū non recipiunt. aut si auditor omnino tanq; equus non facit agitandi finis faciendus est. Hoc tamen interest. quod vulgus interdum non probandum oratorem probat. sed probat sine comparatione quā a mediocri. aut etiam a malo delectatur. eo est contentus. esse melius non sentī illud quod est. apud animos hominum. quā ordo. & ornatus orationis valet. Quare quis ex populo quū: Qu. Scæ uolam pro. M. Coconio dicentem audisset in ea causa (de qua ante dixi) quicquam positius. aut elegans. aut omnino melius. aut expectaret. aut posse fieri putaret. Qui is hoc probare vellit. M. Curius quū ita heres institutus esset. si pupillus ante mortuus esset quam in suam tutelam venisset pupillo non nato heredem esse non posse. Quid ille non dixit de testamentorum iure de antiquis formulis. quemadmodum scribi oportuisset. si etiam filio non nato heres institueretur. Quam captiōsum esse populo quod scriptum esset negligi. & opinione quārī voluntates. & interpretatione disertorum. scripta simpliciū hominum peruertere. quam ille multa de auctoritate patris sui. qui semp̄ ita illud effe defendeat. quam omnino multa de iure ciuili. q̄ qđem omnia cū perite & scienter. tum fieri posse quicquā melius putaret. Atuero ut cōtra Crassus ab adolescentē delicato. qui i littore abū lans scalmū reperisset. ob eāq; rē adificare nauem cōcupiisset exorsus ē similiter Scauolam ex vno scalmo captionis. centūirale iudiciū bereditatis effecisse. hoc in illo initio cōsecutis multis eiusdem generis sentētiis delectauit. aīo sc̄p om̄ qui aderant in bilaritatē a seueritate traduxit. qđ est vnum ex tribus q̄ dixi. ab oratore effici debere. deinde hoc voluisse eū qui testamētū fecisset hoc sensisse. quo quo mo filius non esset qui in suā tutelā venisset siue non natus siue ante mortuus Curius bares ut

## LIBER

esset, ita scribere plerosq; & id valere, & valuisse semper. hoc & multa eiusmodi dicens fidem faciebat. quod est ex tribus oratoris officiis, alter & deinde & qui bonum testamentorum sententias voluntatesq; tutatus est, quanta esset in verbis captio quū in ceteris rebus, tum in testamentis. si negligenter voluntates, quam sibi potētiam scuola assumeret, si nemo auderet testamentū facere postea nisi de illius sententia. hoc quū grauiter tum ab exemplis copiose, tum varie, tum etiā ridicule & facile explicans, eam admirationem, assensionemq; comovit, dixisse ut contra nemo videretur. hoc erat oratoris officium partitione, tertium genere maximū. hic ille de populo iudex qui sepatim alterum ad miratus esset idem auditio altero iudicium suum contemneret. At uero intelligens & doctus audiēs scuolam sentiret esset quoddam uberiorius dicendi genus, & ornatus, ab utroq; autem causa perorata si q;retur uter præstaret orator. nunquā profecto sapientis iudicium a iudicio vulgi discreparet. Qui præstat igitur intelligens imperito magna re a diffici. siquidem magnū est scire quibus rebus efficiatur. amittaturue dicēdo illud quicquid est, quod aut effici dicendo oportet. aut amitti non oportet. Præstat etiam illo doctus auditor indocto quod s;pe quū oratores duo aut plures populi iudicio pabant, quod dicendi genus optimū sit intelligit. Nam illud quod populo non pbatur, ne intelligenti quidem auditori probari potest. Ut em ex neruō & sono in fidibus q; sc̄iēter ei pulsū sunt intelligi solet, sic ex animo & motu cernitur. quid tractandis bis pficiat orator. Itaq; intelligēs dicendi exultimator non affidens, & attente audiens sed vno aspectu & pteriens de oratore s;pe iudicat. Videt os, tnatem indicem loquentē cum altero. non unquā etiam circulantem mittentē ad boras q; sitorem. vt dimittat rogantem, intelligit oratorem in ea causa nō adesse qui possit animis iudicū admouere orationem. tanquā fidibus manū. Idem si pteriens aspicerit, erectos intuentes iudices, vt aut doceri de re, idq; etiam vultu pbare videantur, aut vt auem cantu aliquo. sic illos viderit oratione quasi suspensos teneri, aut id quod maxime opus est misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse vobementius, ea si pteriens (vt dixi) aspicerit, si nibil audierit, tamen oratorem versari in illo iudicio, & opus oratoriū fieri, aut pfectum iam esse, pfecto intelliget. Quū hoc deseruissim vterq; assensus est, & ego tanq; de integro ordinās: Quādō igit̄ inquā a Cotta & Sulpitio hoc omnis fluxit oratio, quū hos maxime iudicio illog hominū, & illius ætatis dixissim pbatos reuertar ad eosipos tum reliquos, vt institui deinceps psequar. Quoniā ergo orator, bono & (bos em q;rimus) duo genera sunt. Vnū attenuate p̄sec̄. Alterum sublate, ampleq; dicentiu, & si id melius est quod splendidius, & magnificenter, tamen in bonis omnia quæ summa sunt, iure laudant, sed cauenda est presso illi oratori inopia, & ieunias: Amplo autem inflatum, & corruptum orationis genus. Inueniebat igitur acute Cotta dicebat pure, ac solute, & vt ad infirmitatem laterum pscienter contentionē omne remiserat, sic ad viriū imbecillitatem dicendi accommodabat genus. Nibil erat in eius oratione nisi sineq;, nibil nisi siccum, atq; sanum, illudq; maximū qd quū contentionē oratione flectere animos iudicū vix posset, nec omnino eo genere dicebat tractando tamen impellebat vt idem faceret a se commoti, quod a Sulpitio concitat. Fuit em Sulpitius vel maxime quos qdem ego audiuerim grandis, & vt ita dicā Tragicus orator. Vox quū magna, tum suavis & splendida, gestus & motus corporis itavenuit, vt tamen ad forum nō ad scenam institutus videref. Incitata & volubilis, nec ea redidans, tamē nec circumfluens oratio. Crassum bic volebat imitari. Cotta malebat antoniu, sed ad hoc vis aberat Antonii Crassi ab illo lāpos. O magnā inqt artem brutus, si quid istis quū sumini essent oratores duces maxime altera alteri defuit atq; in his oratoribus illud animaduertendū posse esse summos, qui iter se sunt dissimiles. Nibil em tam dissimile quā Cotta Sulpitio & vterq; equalibus suis plurimi prestat. Quare hoc doctoris intelligentis est videre quo ferat natura sua queq;, & ea duce vtentē sic instituere, vt Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & leuissimo ephori dixisse traditū est, aleni se calcaria adhibere, alteri frenos. Sulpitii orones q; feruntur, eas post mortem eius scripsisse. P. Aelius putatur equalis meus, homo extra nostrū ordinem, o meo iudicio disertissimus. Ipsius Sulpitii nulla oratio est, s;peq; ex eo audiui, quū se scribere neḡ consueuisse, nec posse diceret. Cotte pro se lege varria que inscribitur eam. L. Aelius scripsit Cotte rogatu. Fuit is omnino vir egregius, & eques romanus, cum primis honestus, idemq; eruditissimus, & grecis līris & latinis lantiquatissim n̄e. & in inuentis rebus, & in actis scriptis & veterum litterate penitus quam scientiam varro noster acceptam ab illo, auctamq; per se, vir ingenio prestans, omnīq; doctrina, pluribus & illustrioribus litteris applicauit, sed idem Aelius stoycus voluit, orator autem, nec studuit vnc̄, nec fuit, scribebat tñ orones quas alii dicerēt: vi Qu. Metello, F. vt Qu. Capione, vt Qu. Pompeio Ruffo, quāq; is etiam ip̄e scripsit eas, quibus pro se est vñus sed non sine aelio. His em scriptis etiam ip̄e interfui quū esse apud aelium adolescens, cumq; audire per studiose solerem. Cottam autem miror summū ip̄m oratore, minimeq; ineptū Aelianas leuis oratiunculas voluisse existimari suas. His duobus eiusdem etatis annū numerabatur nemo tercius sed mibi placebat Pomponius maxime vel dicam minime displicebat, locus erat omnino in maximis causis p̄ter eos (de quibus supra dixi) nemini ppterera quod Antonius qui maxime expetebat facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus sed tamen recipiebat, horum qui neutrum habebat confugiebat ad philippum fere, aut ad cesarem, cotta Sulpitius expetebantur, ita ab iis sex patronis cause illustres agebantur, nec tam multa q; nostra etate iudicia sibant, nec hoc quidem nūc fit, vt cause singule defendentur a pluribus quo nibil est viciosius. Respondemus iis quos non audiuimus in quo primū sepe aliter ē dictū, aliter ad nos relatum, deinde

magni interest coram videre me quemadmodum aduersarius de qua re assueret. maxime autem quemadmodum que res audiatur. sed nihil viciosius. q̄ quā vnum corpus debeat esse defensio nasci de integro causam quā sit ab altero perorata. Omnia enim causarū. vnam ē naturale principiū vna peroratio. reliquæ ptes. quasi membra suo que loco notata suam vim & dignitatē tenet. Qui autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere. vt sibi ip̄e non conueniat. quāto difficultius cauere nequid dicas quod non conueniat eius orationi. qui ante te dixerit. sed q̄ & labor multo maior ē totam causam q̄ partem dicere. Et quia plures ineuntur gratia si vno tempore diligas pro pluribus. siccirco hanc confutudinem libenter ac ciuius. Erant tamen quibus videretur illius etatis tercii Curio. quia splendidioribus fortasse verbis vtebatur. & quia latine non pessime loquebatur. vso credo aliquo domestico. nam litterarum admodum nihil sciebat. sed magni interest. quos quisq; audiat quotidie domi. quibus cum loquatur a puerō. quemadmodum patres pedagogi matres etiam loquuntur. Legimus epistolas cornelie matris Gracchorum. apparent filios non tam i gremio educatos. q̄ in sermone matris. Auditus est nobis Iaelia. C. filia sapienter sermo. Ergo illa p̄pis elegātia tinctam vidimus & filias eius mutias ambas quarā sermo mibi fuit notus & neptes liciniās. q̄ nos quidem ambas. hancvero Scipionis etiam tu Brute credo aliquando audisti loquētem. Ego vero ac lubenter inquit brutus. & eo lubentius q̄ L. Crassi erat filia. Quid Crassum inq̄ illum censes istius liciniāt filium Crassi testamento qui fuit adoptatus. summo iste quidem dicitur ingenio fuisse inquit. Et vero hic Scipio collega meus. mibi sane bene & loqui videtur. & dicere. Recte inquam iudicas brute. Etenim istius generis est ex i p̄ius sapientiae stirpe generat. Nam & de duobus suis iam diximus. Scipione & Cratlo. & de tribus pauis. Qu. Metello. cuius quatuor filii. P. Scipione qui ex dominatu Ti. Gracchi priuatus in libertatem. r. p. vindicauit. Qu. Scaeuola augure. qui peritissimus iuris idemq; percomis ē habitus. Jam duos abauos. quam ē illustre nomē. P. Scipionis qui bis consul fuit. qui e. Corculū dictus. alterius omnii sapientissimi. C. Laliū. O generosam inquit stirpē & famam in vnam arborēm plura genera. sic in istam domū multorum infitam. atq; illuminatam sapientiam. Similiter igī suspicor ut conferam parua magnis. Curionis. & si pupillus relicitus ē. patrio fuisse instituto puro sermone assuefactam domū & co magis bociudico q̄ neminem ex iis quidem q̄ aliquo in numero fuerunt. cognoui in omni genere honestarum artium tam in doctum. tam rudem: nullum ille poetam nouerat. nullum legerat oratorem nullam memoriam antiquitatis collegerat. non publicū ius. non priuatum & ciuile cognouerat. q̄q id quidem fuit etiam in aliis & magnis quidem oratoribus. quos parum bis instructos artibus vidimus. vt Sulpitiū. & antoniū. Sed ei tame vnum illud habebant dicendi opus elaboratum. idq; quā constaret ex quinq; notissimis partibus. nemo in aliqua parte eas. omnino nihil poterit. In quaq; em vna plane claudicaret orator. esse non posset. sed tamen aliis in alia excedebat. magis reperiebat quid dici opus esset. & quomō p̄parare & quo loco locari. memoriaq; ea coprebendebat. Antonius autem excellebat actione. erant ei q̄dam. & bis parsia cum Crasso. quædam ea etiam superiora. At Crassi magis enitebat oratio nec vero Sulpitio. neq; Cotte dicere possumus. neq; cuiq; bono oratori rem villam ex illis quinq; partibus plane atq; omnino defuisse. Itaq; in Curione hoc verissime iudicari potest. nulla re vna magis oratorem commendari. Reliqua duo sunt agere. & meminisse in vtroq; Caccibinno irridētiū cōmouebat. Motus erat is. quē & C. Lulius in ppetuum notauit. quā ex eo in vtranq; partem toto corpe vacillante quæsiuit. q̄s loqueret elintre. & Cn. Sicius homo impurus. sed admodum ridiculus. neq; aliud in eo oratoris simile q̄q; is quā tr. plz. Curione & octauiu col. pduxisset. Curioq; m̄ta dixisset sedēte. Cn. octauio collega. q̄ deciuetus erat fasciū. & multis medicamētis ppter dolorē artuū delibutus. nōquā inquit octauio collega tuo ḡas referes: q̄ nisi se suo more iactuiisset bodie te istiū muscas comedissent. Memoria aut̄ ita fuit nulla. vt aliquoties tria quā p̄posuisset. aut quartū adderer. aut tertiu quereret qui in iudicio priuato v'l maximo. quā ego p̄ Tycinia cotte porauissim: ille cōtra me. p̄ Seruio Nevio dicebat. subito totā cam oblitus ē. idq; beneficiū. & cationibus Ticinie factū esse dieebat. Magna hac is memoris ingenii signa. sed nihil turpius: quā qd etiā i scriptis obliuiscerāt. qd pauloante posuisset. vt in eo libro voi se excētem a senatu. & cu pansa nro. & cu Curinoe filio colloqntem facit. quā senatum Cesar cons. babuisset. omiq; ille sermo ductus ē p̄contatione filii. qd in senatu esset actū. In quo multis verbis quā inueberet in Cesare curio. disputatioq; esset inter eos: vt est confuetudo dialogo rum. quā sermo esset institutus senatu misso. quem senatum Cesar cons. babuisset. reprobredit eas res. quas idem Cesar anno post. & deinceps reliquis annis administrauisset in Gallia. tum brutus ad mirans. tantam ne fuisse obliuionem. inquit in scripto prefertim vt ne legens qdemvnq; senserit qn tum flagitiū cōmisisset. Quid aut̄ inquā brute stultius. q̄ si ca vitupare volebat. que vitupauit. nō eo tempore institaere sermonem. quā illarum rerum iam tempora preterissent. Sed ita totus errat. vt i eodem sermone dicit in senatu se cesare consule non accedere. sed id dicat ipo cons. esiens e senatu. Ja qui bac parte animi. que custos est ceterarum ingenii partium tam debilis esset. vt ne in scripto quidem meminisset. qd pauloante posuisset. huic minime miru est. ex tēpore dicenti solitam effluere mē tem. Itaq; quā ei nec officium dec̄let. & flagraret studio dicēdi ppaue ad eum causæ deferebantur. Orator aut̄ viuis equalibus eius proximis optimis nūerabat. ppter verborū bonitate (vt aī dixi) & expeditā. ac profuentē quodammodo celeritatē. Itaq; eius orationes aspiciendas tamen censco:

sunt ille quidem laguidiores. verum tamen possunt augere. & quasi alere id bonum. quod in illo mediocriter fuisse concedimus. quod habet tantam vim. ut solum sine aliis in Curione speciem oratoris alicuius efficerit. Sed ad instituta redeamus. In eodem igitur numero eiusdem aetatis. C. Carbo fuit illius eloquentissimi viri filius. non satis acutus orator. sed tamē orator numeratus est. Erat in verbis grauicis & facile dicebat. & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior. Qu. Varrius rebus inuenientibus. minus nec verbis expeditus. fortis vero auctor & vobemēs. & verbis nec inops. nec abieetus. & quem plane oratorem dicere auderes. Cn. Pomponius lateribus pugnās. in eitans animos. acer acribus criminōs. multū ab iis aberat. L. Fusius tamen ex accusatione. M. Aquilius diligentia fructum caperat. Nam. M. Drusum tuū magnum auūculum grauem oratorem ita dilatāt quā de rép. diceret. L. autem Luculū etiam acutum. patremq. tuū brute. iuris quoq. & publici & priuati sane peritum. M. Lucullum. M. Octaviū. Cn. filios. qui tñ auctoritate dicendog̃ valuit. vt legem sempronīa frumentariam populi frequentis suffragiis abrogauerit. Cn. Octaviū. M. Fusium. M. Catone p̃em. Qu. etiam catullum filiū abducamus ex acie. i. a iudiciis & in p̃sidiis. r. p. cui faciliter satifacere possint colloccemus. Eodem. Qu. cepionem referre. nisi nimis equestri ordini deditus a se natu dissedisset. Cn. carbonē. M. Mariū. & ex eodem genere cōpluris minime dignos. elegantis cōuentus auribus aptissimos cognoui. turbulentis contionibus quo in genere vt in iis pturbem aetatum ordinem. nup. L. Quintius fuit aptior. etiam Palicanus auribus imperitor. Et qm̃ buius generis facta mentio esit. seditiones & omniis post Gracchos. L. Appuleius saturnius eloquentissimus visus est. magis p̃e tamē & motu. atq. ipo amictu capiebat homines. qui aut dicendi copia. aut mediocritate prudentia. Longe autem post natos homines improbissimus. C. Scruilius glaucia. sed pacutus. & callidus cum primisq. ridiculus. ridiculus is ex summis. & fortunæ. & vita sordibus. in ptura cōf. factus eset. si ratōnem eius habere licere iudicatu eset. Nam & pl̃a b̃em tenebat & xquestren ordinem b̃enefitio legis deuinixerat. Is pr̃xtor eodem die quo saturnius tri. pl̃a. Mario. & Flacco conf. publice ē iuterfectus. homo simillimus atbeniensis hyperboli. cuius improbitatē veteres att. corum comedix notauerūt. quos sex Titius cōsecutus. homo loquax sane & latis acutus. sed tam solitus & mollis in gestu. vt salatio quadam nascere. cuius imitatio rideatur. Sed ad paulo superiorē aetatem reuertim̃us. nūc ad eam de qua aliquātum locuti sumus reuertamur. Coiunctus ig̃ Sulpitii aetati. p. Antistius fuit rabula sane pbabilis. qui multos quū tacuisset annos. neq. conteni solū. sed irrideri etiam solitus eset. in tribunatu primū contra. C. Iullii illā consulatus petitionē extraordinariam veram cauam agens ē probatus. & eo magis q. eandem causam quū ageret. eius collega ille ip̃e Sulpitius. bic plura & acutiora dicebat. Itaq. post tribunatum primo multæ ad eum cause. deinde omes maxime q. cunq. erāt deferebāt. Remigidebat acute. coponebat diligenter. memoria valebat. Verbis non ille quidem ornatis vtebat sed tñ non abiectis. Expedita aut̃ erat. & pfacile currēns oratio. & erat eius q. dem tanq. habitus nō inurbanus. Actio paulo quū vicio vocis. tñ etiā ineptis claudicabat. Hic tem poribus floruit bis qbus inter p̃fectionē redditumq. L. Sylla sine iure fuit. & sine vlla dignitate resp. hoc etiā aut̃ magis pbabat. q. erat ab oratoribus qdam in foro solitudo. Sulpitius occiderat. Corcta aberat & Curio viuebat. e reliquis patronis eius etatis nemo p̃ter cathonē & pomponiū quorum vtrūq. facile supabat. Inferioris autem etatis erat pximus. L. Syenna doct̃us vir & studiis optimis deditus bene latine loquens. gnarus reip. no sine facetas sed neq. laboris multi. nec satis versatus in causis. interiectusq. inter duas etates Hortensii & Sulpitii. nec maioris consequi poterat. & minori necesse erat cedere. Huus õmis facultas ex historia ip̃ius p̃spici potest. q. quum facile omnes vincat superiores. tum indicat. tamen quātum absit a summo. q̃q. genus hoc scriptoris nondum sit satis latinis litteris illustratum: nāq. Hortensi admodum adoleſcetis ingenium. vt P̃bidie signum simili aspectum. & pbatum est. Is. L. crasso Qu. Scuola cōf. primum in foro dixit. & apud hos ip̃os qdem cōfules. & quim eorū qui auferunt. tum ip̃osq. consulū. q̃ õis intelligentia anteibant. iudico discessit pbatus. Vñ. xx. annos natus erat eo tpc. Est. autē. L. Paulo. C. Marcello. cons. mortuus ex quo videmus eum in p̃ronoq. numero annos quatuor &. xl. fuisse hoc de oratore paulo post plura dicem⁹. Hoc autem loco volumus aetatem in disp̃are oratoꝝ etatē includere. quāq. id quidem omnibus visu venire necesse fuit. quibus paulo lōgior vita cōtigit. vt & quum multo maioribus natu quā essent ip̃i & cum aliquāto minoribus cōpararent. vt Accius iisdem edibus. ait se & Pacuvium docuisse fabulā. quia ille. xxx. ip̃e. xxx. annos natus esset. Sic Hortensius nō cum suis eq̃libus solum sed & mea cum etate. & cū tua brute. & quim aliquāto supiore coiungitur. Siqdem & crasso viuo dicere solebat. & magis iam etiam vigebat. Antonio & cum philippo iam sene p̃ Cn. pompei bonis dicente. in illa causa adolescēs quim esset. princeps fuit. & in eoz quos ini. Sulpitii etate posui numerꝝ facile peruererat. & suos inter equales. M. Pisonē. M. Crassum. Cn. lentulum. P. Létulum surrā longe p̃stitit. & me adoleſcētem nactus octo annis. minorē q̃ erat ip̃e multis annos in studio eiusdē laudis exercuit. & tecū simul. sicut ego p̃ multis. sic ille p̃ appio Claudio dixit: pauloante mortē. Vides ig̃ vt ad te oratore brute peruererimus. tam multis inter nostros tuumq. initium dicēdi interpositis oratoribus. ex q̃ bus quoniam in hoc sermone nostro statui nemiuē eorumq. viuerent nominare. ne nos Curio suis eligeretis ex me quid de quoq. iudicarē. eos q̃ iam sunt mortui nominabo. Tum Brutus. Non ē inquit ista causa. quam dicis: quamobrem de iis qui viuunt nūbi velis dicere. Quenam igitur inquam

est: vereri te inquit arbitror: ne p̄ nos bic sermo tuus emanet: & iī tibi succenseant quos p̄terieris. Quid vos inquam tacere nō poteritis: Nos quidem inquit facillime: sed tamen te arbitror malle id ipsum tace re quam taciturnitatem nostram experit. Tum ego: vere inquam tibi Brute dicam: nō me existimau in hoc sermone vſq; ad hanc atatem esse venturum: sed ita traxit ordo etatum orationem: ut iam ad mino ris etiam puenerim. Interpone igit̄ inquit: si quos videſ: deinde redeamus ad te & ad Hortensium: de me alii dicent si qui volent. Minime vero inquit: nam & si me facile omni tuo sermone tenuisti tñ is mi bilongior videtur: quod p̄p̄ero audire de te: nec vero de tam de virtutibus dicendi tuis: que quū om̄ibus: tum certe mibi notissime sunt: quam q̄ gradus tuos & quasi p̄cessus dicendi studio cognoscere. Gereſ inquam tibi mos: qm̄ me nō ingenii p̄dicatorem esse vis sed laboris mei. Verum interponam vt placet alios: & a. M. Crasso qui suit æqualis Hortensii exordiar. Is igit̄ mediocritur a doctrina instru ctus: angustius etiam a natura: labore & industria: & quod adhibebat ad obtinendas causas: curam etiā & gratiam in principib; patronis aliquot annos fuit. In huius oratione sermo latinus erat verba non abiecta: res compofite diligenter: nullus flos tamen neq; lumen vllum: animi magna vocis parua cōten tio: omnia sereſt similiter atq; vno modo dicerentur. Nam būius equalis & inimicus. C. Fimbria nō ita diu iactare se potuit: qui omnia magna voce dicens: verborū sane bonorum: cursu quodam incitato ita furebat tamen: vt mirarere tam alias res agere populum: vt effet insano inter disertos locus. Cn. autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat quam quāta in eo facultas erat: qui quū esset nec pacutus: q̄q; & ex facie & ex vultu videbatur: nec abundans verbis: & si fallebat in eōipso: sic in teruallis exclamationibus: voce suam & canora: admirando irridebat: calebat in agendo: vt ea qua de erant nō desiderarentur. Ita tanq; curio: copia nōnulla verborum nullo alio bono tenuit oratorum locū sic Lentulus exterarū virtutū dicēdi mediocritatē actōe occultauit inquā excellēs fuit. Nec multo secus P. Lentulus: cuius & excogitandi & loquendi tarditatem tegebat fortune dignitas: corporis motus ple nus & artis: & venustatis vocis & suauitas & magnitudo: sic in hoc nibil prater actionem fuit. Cetera etiam minora q̄ in superiore. M. Piso quicquid babuit: babuit ex disciplina: maximeq; ex om̄ibus qui ante fuerunt: grācis doctrinis cruditus fuit. Habuit a natura genus quoddam acuminis quod etiam arte limauerat: qđ erat in rep̄b̄endendis verbis versutū & solers: sed sape stomachosum: nonnunq; frigi dum: interdum etiam facetum. Is laborem quasi cursum forensem diutius nō tulit: q̄ & corpore erat in firmo & hominū ineprias ac stulticias qua deuorandae nobis sunt nō ferebat: iracundiusq; respuebat: si ue morose vt putabatur: siue ingenio liberoc; fastidio. Is quum satis floruisse adoleſcens: minor babe ri est coptus postea: deinde ex vrginum iudicio magnam laudem est adeptus: & eo tempore quasi re uocatus incursum tenuit locum tamdiu q̄ ferre potuit laborem postea quantum detraxit & studio: tan tum amisiſt ex gloria. P. Murena mediocri ingenio: sed magno studio rerum veterum litterarum & stu diosus & nō imperitus: multe industrie & magni laboris fuit. C. Censorinus grācis litteris satis doct̄ quod proposuerat explicans expedite: non inuenustus auctor sed iners & inimicus fori. L. Turius paruo ingenio: sed multo labore quo quo modo poterat: sape dicebat. Itaq; & pauce centurie ad consulatū defuerunt. Cancer auctoritate semper eguit: sed fuit patronus prope modum diligentissimus: buius si vita: si mores: si vultus deniq; non omnem commendationem ingenii cuarteret: maius nomen in patro nis fuisset non erat abundans nō inops tamen non valde nitens non plane borrida oratio: vox: gestus: & omnis actio sine lepore: at intenſiſtis: componendisq; rebus mira accuratio. vt facile in vlo diligenter: maioresq; cognouerim: sed eam vt citius veteroram quam oratoriam dices. bic & si etiam in publicis causis probabatur. tamē in priuatis illustriorem obtinebat locum. C. deinde piso statarius: & sermonis plenus orator. minime ille quidem tardus in excogitando. verum tamen vultu & simulatione multo etiam acutior quam erat videbatur. Nam eius æqualem. M. Glabriorem bene institututum Scæ uole autem diligentia locors ipsius natura: negligens tardauerat. Etiam. L. Torquatus elegās in dicēdo: in existimando admodum prudens. toto genere perurbanus. Meus autem æqualis. Cn. Pompeius, ius vir ad omnia summa natus: maiorem dicendi gloriam babuſſet: nisi cum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxiſſet: erat oratione satis amplius: rem prudenter videbat. Actio vero eius habebat & in voce magnum splendorem: & in motu summam dignitatem. Noster item equalis. D. Syllanus victoris tuus studii ille quidem babuit non multum: sed acuminis & orationis satis. Q. u. Pompeius, A. F. qui Bithynicus dictus est biennio quam nos fortasse maior summo studio dicēdi: multaq; doctri na incredibili labore atq; industria: quod scire possum. Fuit em̄ mecum & cum. M. Pisone: qui amicitia tum studiis: exercitationibusq; conjunctus: buius actio nō satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copia: in illa autem leporis parum. Erat eius æqualis. P. Antronius voce pacuta atq; magna: nec alia re villa pbabilis. Er. L. Octavius reactinus: qui quū multis iam causas diceret adolescens est mor tus. is tñ ad dicendum veniebat magis audacter quam parate: & C. Stafenus qui scipie adoptauerat: & de Staeno Elium fecerat: seruido quodā & petulanti & furioso genere dicendi: quod quā multis gratū erat: & probabatur: ascendisset ad honores nisi in facinore manifesto deprab̄etus pœnas legibus: & iu dicio dedisset. Fodem tempore. C. L. Capaſſi fratres fuerunt: qui multa opera ignoti homines & repen tini quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam & incondito genere dicendi. Addamus buc etiā nequem vocalem p̄terisse videamur. C. Cosconium calidum: qui nullo acumine eam tamen verborū copiam si quam babebat p̄rebbebat populo cum multa concursatione magnoq; clamore: quod idem fa

E

## LIBER

ciebat Qu. Arrius qui fuit. M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus exemplo debet esse quantum in  
 bac vrbe pollet: multorum obedire tempori: multorumq; vel honori v'l periculo seruire. His em rebus  
 infimo loco natus: & honores & pecuniam: & gratiam cosecutus: etiam in datorum sine doctrina si-  
 ne ingenio aliquem in numerum peruererat: sed vt pugiles inexercitati etiā si pugnos & plagas olym-  
 piorum cupidi ferre posunt: solem tamen sape ferre non possunt: sic ille quem omni iam fortuna p'spe.  
 refunctus labores etiam magnos excipisset: illius iudicalis anni seueritatem quasi sole non tulit. Tum  
 Atticus. Tu quidem de sece inquit bauris: id iam dudum: sed tacebam hoc vero non putabam te v'sq;  
 ad Staienos & Antronios esse venturi. Non puto inquam existimare te ambitio me labi: quippe de  
 mortuis: sed ordinem sequens in memoriam notam & xequalem necessario incurro. Volo autem hoc p  
 spici omnibus coquitis: qui in multitudine dicere ausi sint: memoria quidem indignos paucos. Ve-  
 rum qui omnino nomen habuerint non ita multos fuisse: sed ad sermonem institutū reuertamur. T. Tor-  
 quatus. T. filius & doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis & a natura ad dicendum satis solutus at-  
 q; expeditus: cui si vita suppeditauissit et sublato ambitu cōsul factus esset: plus facultatis habuit ad dicē-  
 dum q; voluntatis. Itaq; studio buic non satissim: officio vero nec in suorum necessariorum causis: nec in  
 sententia senatoria defuit. Etiam M. Pontidius municeps noster: multas priuatas causas actitauit: celeri-  
 ter sane verba voluens nec bebes in causis: vel dicam plus etiam q; non bebes: sed exeruelens in dicendo  
 stomacho sape iracundiāq; vebementius ut non cum aduersario solum sed etiam quod mirabile est et cu  
 iudice ipso cuius delinitior esse debet orator: iurgio sape contendet. M. Messala minor natu quā nos  
 nullo modo inops: sed non nimis ornatus genere verborum: prudens acutus: minime incautus: patron⁹  
 in causis cognoscendis coponēdisq; diliges magni laboris: multæ opere: acumularūq; causarū Duo eti-  
 am Metelli Celer. & nepos nibil in causis versati: nec sine ingenio: nec indocti: bo; erant populare dicen-  
 di genus assediti. C. autem Lentulus Marcellinus nec vñq; indiscretus. & in cōsulatu peloquens vñs ē  
 no cardus sententiis: non inops verbis: voce canora: facetus satis. C. Memius. L. filius perfectus litteris:  
 sed græcis fastidiosus: sane latinarum argutus orator. verbisq; dulcis: sed fugiens non modo dicendi: ve-  
 rum etiam cogitandi labore: tñ sibi de facultate detraxit: quācum imminuit industria. Hoc loco bru-  
 tus: quam vellem inquit etiā de his oratoribus qui hodie sunt: tibi dicere luberet & si de aliis minus de-  
 duobus tñ quos a te cito laudari solere: Casare & Marcello: audirem non minus lubet quam audiui de  
 his qui fuerunt. Cur tandem inquā: an expectas quid ego iudicem de istis: qui tibi sunt & que: ac noti mi-  
 bi: Mibi mehercule inquit Marcellus est notus. Casar autem parum: illum em sape audiui: hic quū ego  
 iudicare iam aliquid possem affuit. Quid igit̄ de illo iudicas quem sape audisti: quid censes inquit: ni-  
 si id quod habiturus es similem tui: Ne ego inquam si ita est velim tibi eum placare quam maxime. At  
 q; & ita est inquit & vebemeter placet nec vero sine causa: nam & didicit: & omisis exterris studiis vñ  
 id egit: seleq; quotidianis cōmendationibus accerrime exercuit. Itaq; & lectis vt̄ verbis & frequenti-  
 bus & splendore vocis: dignitate motus fit speciosum & illustre quod dici. Omniaq; sic suppetunt  
 ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximeq; laudādus est qui hoc tempore ipso quū licet in  
 cōmuni nostro: & quāsi fatali malo cōsoleat se: quū conscientia optime mentis: tum etiam usurpatione &  
 renouatione doctrinæ. Vidi em Mylenis nup virum: atq; vt dixi vidi plane virum. Itaq; quum cum  
 antea tui simile in dicendo viderim: tum vero nunc a doctissimo viro: tibiq; vt intellexi: amicissimo Cra-  
 tipo instructum omni copia: multo videbam similiorem. Hic ego & si inquā de optimi viri nobisq; ami-  
 cisissimi laudibus lubenter audio: tñ incurro in memoriam cōmuniū miseriarum: quā obliuionem que-  
 rents bunc ipm sermonem p'duxi longius. Sed de casare cupio audire: quid tandem atticus iudicet: Et  
 ille: p'dare inquit tibi cōstat ut de his qui nunc sint nibil velis ipse dicere: & berde si sic ageres: vt de his  
 egisti qui iam mortui sunt neminem vt p'mitteres: na tu in multis Antronios & staienos incurres  
 Quare siue bāc turbā effugere voluisti: siue verit̄ ne q's se aut p'terit aut non satis laudat̄ q'ri possit: de  
 Casare tñ potuisti dicere p'leritū cū & tuū de illi⁹ ingenio notissimū iudicū cēt ne illi⁹ de tuo obscurū.  
 Sed tñ Brute inqt Atticus de Casare & ipse ita iudico: & de hoc būi⁹ generis accerrimo existimatore s'z  
 p'issime audio illū oīm sere orato: latine loq; elegātissime: nec id solū domesticā cōsuetudine: vt dudu de  
 Leliorū & Mutiorū familiis audiebamus: sed q'p id quoq; credo fuisse tñvt esset p'fecta illa bene loq;  
 di laus multis litteris: & iis quidem recōditis & exquisitis: summoq; studio & diligētia est consecutus  
 quin etiam in maximis occupationibus ad teipsum inquit in me intuens de rōne latine loquendi accu-  
 ratissime scriperit: & primo quā in libro dixerit verborum dilectum originem esse eloquentia: tribue-  
 ritq; mi Brute buic nostro qui me de illo maluit q; se dicere laudem singularem. Nam scripsit his ver-  
 bis quum bunc nomine esset affatus: ac si cogitata p'dare eloqui possent: non ulli studio & vsu elabora-  
 uerunt: cuius te peine principem copia atq; inuentorem bene de nomine: ac dignitate populi Romani  
 meritum esse existimare debemus: bunc facile & quotidianum nouisse sermonem: nunc p' relictō est ha-  
 bendum. Tum Brutus: Amice hercule inquit: & magnifice te laudatum puto: quem non solum princ̄  
 pem atq; inuentorem copiae dixerit: quā erat magna laus: sed & bene meritum de p.r. nomine & digni-  
 tate: quo em vnoincebamur a vieta gratia: id aut ereptum illis est: aut certe nobis cū illis concitatum  
 Hanc autem inquit gloriam: testimoniumq; cesaris tuarū quidem supplicationi non solum: sed triumphis  
 multorum antepono. & recte quidem inquam Brute: modo sit hoc cesaris iudicii: non benivolentie te-  
 stimonium: plus enim certe attulit huic populo dignitatis quisq; est ille si modo aliquis est: qui non il-

# DECLARIS ORATORIBVS

CLXVI

CLXVI

